Item deputarunt in Commissarios Rdos dnos Canonicos P. Paulum Cassador et Jo. Prats huius Ecce Sacristas ad representandum Mag.cis Consiliarijs huius Ciuitatis q. sui dignenti dictas Imperialia facere iuxta solitum morem post obitus dni Regis Philippi et Rmi dni Joannis Dimas Loris huius Ecclesie Epi, vnum ut pro Rege, alterum uero pro Epo, et si essent paria, secum deportaretur dictissima quanda petiam brocati aditto Rmo dno adhunc esse relicti ut illud quod faciendum est a Consiliarijs pro, sit illi simile.

Die Jouis 20 dicti Julij et anni 1600. Conuocato et congre gato Caplo huius Ecce Barchinonen. intus dictam aulam Capitularem in quo Idem Rmus dns Epus presidens et

Oliua Archid. de mari	Busquets	Gafont
Vilana Archid. Vallen.	Oliua	Mas
Joquer et soleto	Cerda	Garcia
Paulus Pla	Boldo	Font
Vergonyos	Seguer	Fiera
P. Paulus Casador	Paguera	Cornet
Prats	Garbi	et Dalmau.
Barthomeu	Palau	
	Pons	

Omnes Canonici Capitulantes et Caplm huius Ecce facientes et capla gnalia continuantes atteg. tempore qua dragesimae verbum Dei predicatum fuit mane inter septimã et Octauã horas (non tn. diebus Dominicis et tie plurimũ cum sit nimis mane, multi ex Cano.cis et beneficiatis non interfuerunt Iterum qui in matu tinis interfuerunt qui à 6. vsq. ad 8.am quiescit et plures ex nobilibus et procerib. qui non assur gunt tam mane atta et maiori comoditate Ecce quia eo tempore hora Canonice celebrari incipiant hora nona Ideo et alii decreuerunt verbum dei predicari ab hora 8.a vsq. ad nonã tpre qua dragesime ferialibus diebus et Missa de requie celebrari hora 7.a

Item atto q in his eisdem gnalibus Capitulis statutum fuit q in omnibus et per omnia observent.r ritus et Ceremoniae S. R. Ecc.e Cum rituale administrandorum Sacramentorum quod ord. novium Nos appellamus et plura contenta in pto libro sunt ad huc ritus antiqui non conformes ritibus Romanis Ideo et als decreverunt q observentur oes ritus et Ceremonie, etiam administrandorum Sacramentorum et aliorum Jupta rituale Romanum quod premanibus habebat Illmus d. Epus et pro his videndis et ordinandis deputarunt in Comissarios R.R. D.D. Archidiaconu Olivo Oliva, Pons et Garcia eoru concanonicos, quibus fuit traditum ptum rituale Romanu, quibus et commiserunt qtus processionale ordinarent Jupta ritu Romanu et omnia dependentia et emergentia ab illis —

Die Lune 4 d. Julij et anni 1600 convocato capitulo et congregato intus d. aulam capitularem in quo fuerunt preses Illmus d. Epus in eo psidens et

Callers Decanus
Vilana Archid. Vallen
Paulus Pla
Verjorgos
Sorribes
Prats
Busquets

Oliva
Cerda
Beldi
Seguer
Paynera
Garbi
Nabot
Pons

Mas
Garcia
et font —

Omes Canonici

caplantes et captm huius celebrantes et capla gnalia continuantes et Sochi firmantes in quo decreverunt q magr in Cantu et Dormitorerius quos continuo pntia eyet chorus achel domodarij et alij deferentes almusias violaceas in estate, et pelles nigras in hyeme no exeant a choro pro associandis processionibus mortuoru nisi in casu necessitati erde ordine precentoris aut Succentoris Judicande ac Canonici antiquioris —

finis hoc anno.

Postmodum vero in huius ultimo gnali Capitulo premissa omnia et singula in substantia lectura fuerunt perlecta, et placuerunt eidem Rmo d. Epo et Canonicis et caplo — Laus deo —

In nomine sanctissimae et individuae trinitatis die 10. mensis maii 1602 convocato et congregato capitulo huius eccl[es]iae Barchinonen[sis] intus aulam capitularem sitam in claustris dictae eccl[es]iae in qua dictum capitulum solitum e[st] convocari et congregari in qua quidem congregatione praesentes fuerunt

Dominus Il[lustr]is vicarius generalis et[c].

Pons	Busquets	Roque
Sarria	Serda	Riera
mas	olier	Salar
garcia	Paguera	
Torres	Regas	
castillo	Seguer	

Omnes Canonici dictae eccl[es]iae Capitulum generale facientes et celebrantes unanimi consensu decreverunt quatenus de caetero in processionib[us] faciendis ~~qui incipiunt~~ extra ecclesiam servetur usus et consuetudo antiqua ~~ab~~ multis ab hinc annis observari solita ut s[cilicet] sacerdos Canonicus cum pluviali procedat subdiaconus q[ui] non sit canonicus sed ferialis qui deferat lignum crucis ante sacerdotem a parte v[er]o dextra + et mag[iste]r ceremoniarum et alius sacerdos item cum pluviali procedant gremiale deferentes non obstante constitutione facta 13 maii 1600 quae incipit item q[uod] eundem Et insuper decreverunt quatenus tam canonicus quam subdiaconus mag[iste]r ceremoniarum et alius sacerdos praedicti sedeant tempore celebrationis missae

+ et sinistra

sedeant in sedibus ad hoc iam multo ab hinc tempore station
ut solitum fuit fieri usque ad praedictum annum 1600 omnib.
n. maturae pensatis et difficultatib. quas per qualibet parte offer
ri possunt maturo colloquio discussis et examinatis visum
fuit capitulo et canonicis praedictis omnia praedicta ad sta
tum pristinum restituere ~~et~~ omnes alias q.o constitutiones et decre
ta si quae in superiorib. annis facta sunt huic decreto et consti
tutioni contraria voluerunt cassare et annullare easq; aut
et cassare et annullare se dixerunt hanc q.o ultimam consti
tutionem inviolabiliter observari mandarunt —

Die 22 Junij 1602

Idem capitulum et canonici loco et more solitis con
gregati capitulo generaliter continuantes et celebrantes
intra praedictam aulam capitularem ubi praesentes
fuerunt

Reveren. Vicarius gen.

Roquer	nebot
Vilanova	garbi
garrica	garci
pratz	seguer
Bussquets	font
Salva	palau
boldo	guasch
Peguera	tarnoi
serda	dalmau
Pons	cornet
mas	ries
	castell

Omnes canonici dictae ecclesiae capitulum huiusmodi facientes
et capitulariter generaliter continuantes. Viso quod a multis hinc
retro annis cum magno conscientiae scrupulo et obsequij ani
marum purgatorij detrimento ex eleemosinis quae pro mis
sis celebrandis a devotis fidelib. elargiuntur solitum

in altari privilegiato huius ecclesiae

fuit solvere viginti septem libras pro mercede salario
seu stipendio scholari qui in dicta capella altaris
privilegiati deservit et alias quatuor unicuique clavario
et rectori dicti altaris. Alias etiam operarijs minorib.
et auditoribus computorum. Considerantes dictas elee
mosinas a fidelib. elargiri ut pro tot Julijs seu regalib.
tot missae celebrentur ita ut necesse sit ad satisfaciendum
devotioni fidelium eorum obligationi quas pro receptione
dictarum eleemosinarum iniungit tot missas celebrare
quot regalia fuere recepta. Nec posse dictas eleemosinas
ullo pacto aut quovis praetextu in alios usus converti
decreverunt quatenus post hoc ex dictis eleemosinis
pro dicendis missis receptis non solvat nec solvi possit
salarium aliquod merces sive stipendium neque scho
lari nec rectori nec operarijs minorib. nec auditoribus
computorum nec quibusvis alijs nec in alios quoscumque
usus convertant aut converti possint etiam ad emen
dum vinum aut candelas pro celebratione missarum
necessaria sed aliunde praedictis omnib. provideat
Adhuc statuerunt decreverunt et ordinarunt quatenus
post hoc sacristae minores ecclesiae de bonis dictae sacris
tiae teneantur facere lavare seu mundare vestes omnes
seu lineos pannos quos pro obsequio dicti altaris privile
giati lavari oportebit. Ita ut omnes vestes aut lineos
pannos immundos scholaris dicti altaris privilegiati
dictis sacristis minoribus deferat easque coram eis com
putet illarumque numerum apud se retineat ut postea
cum mundi et loti fuerint omnes in integrum ab eisdem
recipiat.
Decreverunt insuper ut omnes vestes sive lineas sive

fericas aut quaelibet alia ornamenta pro celebratione
missarum necessaria. Cum inventario scholano dicti al
taris tradant teneatque dictus scholanus ea omnia
custodire recumque computum et rationem de ipsis omnibus
quoties requisitus fuerit exhibere quod si aliquid amis
sum fuerit suis sumptibus solvere teneatur dictus scho
lanus.

Item decreverunt quod dictus scholanus teneatur dare
vinum quantum fuerit necessarium pro omnibus missis
quae in dicto altari celebrabuntur et pariter lucem sive can
delas ut luceant toto tempore celebrationis missarum
quot et quae fuerint necessariae. Ostia vero eidem scho
lano a sacristis minoribus conferantur

Decreverunt insuper ut possit officium custodis claus
trum unum sit et existat quae defacto univerunt
et incorporarunt eidem officio scholani altaris pri
vilegiati cum salario eidem custodi solvi assu
eto. Et insuper dictus scholanus tam pro salario suo
quam pro expensis faciendis pro vino et candelis recipiat
unoquoque anno 14 libras ex quibus septem in perpetuum
solvantur ex bassino animarum purgatorii dictae sedis
6 vero desumentur ex illis 4 denariis quattuor dena
riis quos Jacobus Ferrer ultra eleemosinam pro missa
quotidiana reliquit in dicto altari designavit pro vino
obsequio candelis et servitio eiusdem missae unde u.o libre
desumentur ex missis canonicorum Cherapsa (?) Balsells (?) quas
quae vero dictae missae Jacobi Ferrer celebres summae
illis 6 libras et dicto bassino animarum purgatorii dedi
ita ut unoquoque mense operarii minores ex receptis dic
to bassino solvant dicto scholo decem regales. Postea
u.o non nisi septem libras unoquoque anno.

Item decreverunt et ordinarunt quatenus dictus
officii scholanus deferat ~~librum~~ sive tractatum librum
in quo scribat et scribere teneatur omnes et singulas
eleemosinas quas pro missis celebrandis [illegible] dicto alta
ri recipiet statim ubi eas receperit quas incontinenti
aut saltem antequam a dicta sede discedat deponat ac
deponere teneatur in arca intra capellam ad hoc desig
nata sub poena excommunicationis maioris latae
sententiae quae quidem archa ~~duas~~ (?) [illegible] et esse debeant
duas claves quarum unam retineat archivarius me
moratae sedis alteram vero rector dicti altaris et ter
tiam dictus scholanus. Unoquoque vero mense dicta
archa aperiatur praesentibus dictis archivario rectore et scho
lano quae aperta computent in dictorum [illegible] praesentia
sententia omnes denarios in ea inventos et videat a con
formes numerus denariorum inventorum in archa cum
numero eleemosinarum quas dictus scholanus scriptas
habet in suo libro quod si aliquid deficiat teneatur
solvere scholanus. Facto vero computo archivar
ius in libro quodam in dicta archa reservato
scribat summam denariorum inventorum in archa. Protector
u.o eam recipiat et in eodem libro ad pedem dictae pa
rtitae sive summae rector dicti altaris albaranum recep
tionis faciat et deinde idem rector in suo libro eandem
continuet seu dictae summae faciat se debitorem

Item decreverunt quatenus libros omnes pro rectore dicti alta
ris administratione necessarios scilicet duos scholani in quorum uno
scribant eleemosinas in altero u.o misteriorum nomine qui
missas celebrabunt et librum protectoris et alterum
in quo teneatur quoties oportebit solvant operarii minores

Dicta ecclesia
Item decreverunt et ordinarunt quatenus pro sola officium precentoris altaris privilegiati unitum sit et esse intelligatur que nunc de facto univerunt et incorporarunt officio ducis sacramentalis nunc ipse que officium ducis sacramentalis et precentoris altaris privilegiati Recipiat autem precentor pro uniusque officii salario decem libras videlicet sex libras quas consequi usque modo retige ducis sacramentalis et alias quattuor quas ex beneficiis unitis solitum fuit solui dicto precentori altaris privilegiati

Item quum pro auditione compotorum dicti altaris solitum fuit soluere auditoribus compotorum duas libras quas desumebant ex eleemosinis missarum decreverunt quatenus de cetero auditores compotorum sacristie teneantur audire et revidere compota dicti altaris privilegiati sine alio salario cum solo illo stipendio quod solitum fuit dari pro audiendis compotis dicte ecclesie

Die 27 Julii

Item Capitulum et Canonici loco et more solitis congregati capitulo generali continuantes intus aulam capitularem ubi presentes fuerunt

~~Pere pl vic g.~~ ~~Paquer~~ ~~Fons~~
~~Roquer~~ ~~Sendo~~ ~~Dalmau~~
~~Vilane~~ ~~Regas~~ ~~quastell~~
~~Sarria~~ ~~Pons~~ ~~farriol~~
~~prats~~ ~~mas~~ ~~dalmau~~
~~bulquens~~ ~~nabot~~ ~~Torre~~
~~oliva~~ ~~gauli~~ ~~rica~~
~~boldo~~ ~~garcia~~ ~~castell~~
~~jequer~~

~~Omnes Canonici dicte ecclesie Capitulum facientes~~

~~Dicta die Capitulo generali continuante~~

Pere pl vic g. Prats
Vilane oliva
Roquer Sendo
Sarria Regas
Pons Jequer
mas Vaquer
Fons nabot
Dalmau quastell
Farriol Bulquens
Sendo

Omnes Canonici dicte ecclesie Capitulum facientes et dicto capitulo generali continuantes decreverunt et ordinarunt quatenus de cetero omnes tam canonici quam beneficiati qui ratione studii sunt [illegible] presentes pro temporibus distributionibus diurnis teneantur unoquoque mense portare seu adducere fidem magistri cuius lectiones audiunt qui fidem faciant quatenus dicti canonici aut beneficiati assidui sunt lectionibus quotidianis audiendis. Alias vero nisi dictam fidem afferant et exhibeant non possint dictas distributiones recipere

14 Julii

Item Capitulum et Canonici 14 Julii loco et more solitis congregati ubi presentes fuerunt

Pere pl vic g. Mas Roquer
Soribes Garcia Sendo
Sarria Dalmau Jequer
Pons Castell Prats
Cassador Paquer Bulquens
Fons Valors oliva
Farriol quastell Regas
Nabot

Omnes Canonici dicte ecclesie Capitulum facientes

Canonici et Beneficiati tenentur intra sex menses discere artem cantus

Et dicti Capitula generalia continuantes decreverunt quatenus de caetero omnes Canonicis et beneficiatis qui de caetero recipient novam possessionem Canonicatus vel beneficij in dicta ecclesia concedatur spatium sex mensium quo teneant discere artem cantus Elapsis vero sex mensibus qui computari debeant a primo die possessionis non possint recipere distributiones nec bursarius eas illis exhibere valeat nisi primo examinati fuerint habilesque ac idonei in dicta arte inventi ut recte in choro canere valeant Quod si idonei inventi non fuerint tamdiu privati existant quousque per aliud examen idonei inveniantur —

Canonicus

Item decreverunt et ordinarunt quatenus de caetero rector luminariae curam habeat exigendi redditus omnes dictae luminariae ac describendi librum dictae exactionis ac pro eo ultra salarium assuetum recipiat unoquoque anno alias quattuor libras pro labore dictae exactionis Et consequenter decreverunt quatenus dominus Vanius aut alius pro tempore existens portitor bassini dictae luminariae non recipiat nec recipere possit illos ducatos decem quos paucis ab hinc annis pro dicta exactione recipere consueverat Teneatur vero dictus portitor bassini unoquoque mense rationem reddere emolumentorum et pecuniarum dicti bassini dictae luminariae rectori qui nunc est aut alteri pro tempore existenti omnesque pecunias unoquoque eorum mense in manu et posse dicti rectoris tradere dictusque rector in suo libro debitorum se faciat tam summarum seu redditum dictae luminariae quam pecuniarum omnium quas dictus porti-

portitor bassini recipiet pro tempore dictus libro archivariis tradat in auditione computorum eius computetur in posse

Die mercurij 24 Julij

Item Capitulum et Canonici loco et more solitis Congregati eadem Capitula generalia continuantes et celebrantes ubi presentes fuerunt

Perez ple Vic. gen.	Lalau	Gener	
Vilana	Nebot	Raspador	
Prats	Cornet	Pons	
Busquets	Guasch	Galli	
Olives	Riera	Mas	
Paguera	Sarria	Garcia	
Font	Balman	Boldo	Castille

Omnes Canonici dictae ecclesiae decreverunt quatenus quoties quumque a Reverendo Capitulo aliquis ex ipsis Canonicis fuerit substitutus a Reverendo Capitulo ad exercendum officium precentoris pro aliquo eius impedimento dicto Canonico substituto officium autem exercente possit dictus precentor assistere in choro et quotidianas distributiones percipere

Item decreverunt quatenus quicumque aliquis clericus sive laicus voluerit in vita consignare vel resignare Reverendo Capitulo aliquam sive aliquas pecuniae quantitates annui redditus boni et exigibilis ac receptibilis ac competentis ad arbitrium eiusdem Capituli Ad effectum ut post mortem eius fiant in dicta ecclesia seu celebrentur missae anniversari-

kant
aut alia pia opera ad augmentum cultus divini durante eius
vita dicti resignantis seu consignantis dictum Capitulum Rev.
eidem resignanti seu consignanti unoquoque anno dictam
pecuniae quantitatem. Admittat dicto resignario seu
consignario annui redditus cum dicta conditione respon
sionis annuae dicti redditus eidem consignanti aut resigna
nti eius vita durante. Post mortem vero eius ad implendum
opera pia ab eodem consignante instituta in perpetuum, ni
si contingerit dictum redditum seu annuam pensionem de
perdi amitti aut inexigibilem fieri

Postmodum vero dicto die in huiusmodi ex currentis
anni generalibus capitulis ultimo Praemissa omnia
et singula sigillatim et suo ordine fuerunt perlecta et
placuerunt ~~Illustribus~~ ac admodum Rev. Canonicis et
capitulo praedictis

In nomine Sanctissimae et individuae Trinitatis S.tae Crucis sanctaeque Eulaliae huius almae Ecclesiae Patronas, sub die lunae duodecima mensis Maij Anno à Nativitate domini nostri Jesu Christi M. DC. iii. convocato & congregato Capitulo huius Ecclesiae Barc.nae intus domus Capitulares in claustris dictae ecclesiae sitas, in quibus dictum Capitulum pro communibus et alijs negotijs solitum est convocari et congregari, in qua scilicet convocatione & congregatione convenerunt et praesentes fuerunt;

Admodum R.dus d.nus Honofrius Paulus Cellers d. d. decanus et canonicus huius dictae sanctae Ecclesiae, et vicarius g.lis admodum R.di et insignis Capituli sede vacante et in eodem Capitulo praesidens, et admodum R.di d.ni Canonici; sequentes videlicet. —

Julius Cordelles praecemptor.
Joannes de Torribes.
Federicus de Sarria.
Petrus Paulus Cassador.
Joannes de Prats.
Michael Ferrer de Busquets.
Bernardus Oliva.
Gabriel Cerda.
Sebastianus Salita.
Michael J.es Boliu.
Fran.cus Ragas.
d. Henricus de Paguera.

Petrus Germanus Garli.
Joachinus Palau.
Jacobus Nabot.
Fran.cus Pons.
Joannes Lafont.
Petrus Pla.
Geraldus Mas.
Fran.cus Guasch.
Raphael Riera.
Petrus Tarroja.
Petrus Dalmau.
& Petrus Castilla.

Omnes Canonici huius S.tae ecclesiae Barc.nae incipiunt celebrare Capitulum generalem iuxta forma Constitutionis incipientis, Ad illius laudem etc. Anno 1423. editae tempore bonae Memoriae Francisij tertij nuncupati dei gratia Patriachae Hierosolimitanensis ep.i et administratoris huius Ecclesiae Barc.nae facientes et representantes, Cupientes ordinem et statum in Capitulo antiquitus observari solitum

Cathaurari, quanti in eius erit divino favente statu, et in primis et ante omnia, ac supradicti decreverunt, et eligere se disponi in promotores huiusmodi capituli generale celebrando R. R. dd. Joannes Prats de bignes et Michael Jo. Boldo eorum concanonicos ut in dicto capitulo proponant quae reformatione indigent, et ea que de novo ordinanda erunt pro reverentia et decentia cultus divini, et conservatione regiminis huius almae ecclesiae &c.

Die vero sabbati septima Junij Anno currentis.

— M DC iij. —

Convocato et congregato dicto capitulo in eius dictam Aulam capitularem huius ecclesiae in quo capitulo presentes fuerunt R.do dno. Thederico de Sarria vicario ut Antiquior et in eodem capitulo presidens. et dni.

Julius Cordelles precentor,
P. P. Cassador.
Joannes Prats.
Michael ferrer de busquets
Bernardus Oliva.
Michael Jo. Boldo.
Antonius Seguer.
d. Henricus de Paguera.
Franciscus Pons.
Joannes Cafont.
Petrus Pla.
Geraldus Elias.
Antonius Jo. Garcia.
Fran.cus Guasch.
Raphael Riera.
Raymundus Cornet.
Petrus Tarroja.
Petrus dalmau.
et Petrus Castilla.

Observatio Constitutio facta anno 1588 super forma votandi

Omnes canonici dictae ecclesiae capitulum huiusmodi facientes et dictum capitulum in illa continuantes. Decreverunt quod constitutio facta et edita Anno 1588. die sabbati xxiij. Julij incipiens, Antiquissimis huius ecclesiae constitutionibus &c. quod de cetero observetur cum poenis in illa contentis, et vicarius in capitulo presidens observare illam faciat iuxta formam seriem et tenore illius et quod de novo omnes canonici iurent eam observare ut tumultus et scandala inter fratres canonicos obvientur. ~

Et in eodem die ac in eodem fuit facta Comissio R. R. dd. Fran.co Pons, Joanni Cafont et Petro Pla eorum concanonicis ut revideant omnes constitutiones capitulares huius almae ecclesiae et illas reducant in ordine, quo licet ac et ut inviderent quales sunt in usu et observantia atque observantur et quales non fuerunt in observantia et illas colligant, et collectas afferant eas in pleno capitulo, et ut melius hoc possint facere decreverunt quod Sebastianus Roger scriptor in Archivio majori illis serviat ad Comissionem huiusmodi implenda. &c.

Ut constit. revideantur

Die Martis x. Junij M DC iij. —

Convocato et congregato dicto capitulo in eius dicta &c. presentes fuerunt &c.

R.do dno. Joannes de Fonts vicarius ut antiquior canonicus ac in eodem capitulo presidens et dni.

Julius Cordelles precentor.
Thedericus de Sarria.
Petrus Paulus Cassador.
Joannes Prats.
Michael ferrer de busquets.
Bernardus Oliva.
Michael Jo. Boldo.
Antonius Seguer.
Fran.cus Pons.
Joannes Cafont.
Petrus Pla.
Antonius Jo. Garcia.
Franciscus Guasch.
Raphael Riera.
Petrus Tarroja.
Petrus dalman.
et Petrus Castilla.

Omnes canonici &c.

Decreverunt quod fieret comissio R. R. d. d. Michaeli Joanni Boldo et Petro Pla concanonicis, ut videant et recognoscant quo pacto et unde possit sublevare tenuitatem bursae sive administrationis Mamme huius almae ecclesiae, tam ad id quod pertinet ad omnia onera ordinaria quam extraordinaria quae ipsa solet prestare quolibet anno, et illa omnino tollere si possint, sive tamen quomodo inopia et tenuitas sublevetur.

Sacrista minor non ponant imagines argenti in Altari Majori donec pulsata sit hora ii et clausis ianuis

Ac in eodem die et eorum capitulo continuantes, decreverunt quod de cetero sacristae minores dictae ecclesiae non possint ponere imagines argenti in altari majori in vigilijs alicuius festi, cuius solitum est ponere, donec pulsata hora duodecimae ipsius vigiliae ac etiam clausis januis ecclesiae, quia non videtur consentaneum decentiae et devotioni cultus divini, ita solent appendere et despendere dictae sacristae minores in dicto altari majori coram omni populo, ac etiam quia imagines solent per pueros sive scolares deferre ad altare, sed in una quaque imag

ut plurimum est aliqua insignis et magna reliquia sancti vel sancti aliquis imago est. —

Et propter easdem causas et rationes decreuerunt quod non possit, in die festi propter quod sunt in altari dictæ imagines positæ, dicti sacristæ minores illas tollere a dicto altari, et in suo loco intus sacristiam recondere et custodire, donech ad occasum solis dicti festi, ita tamen quod multitudo populi absit ab ecclesia. —

Ac per consequens decreuerunt quod dicti sacristæ minores curent diligenter ut non obdecent parietes altaris majoris cum pannis aureis siue in parialibus, vulgo, que no en palim loaltar major ab los draps emperials, siue alijs, dum in ecclesia sunt layci vel presbiteri, in illa hora quando in ecclesia non est multitudo populi, et ista omnia propter reuerentiam et decentiam sancti sacramenti et reliquiarum sanctorum atque sanctarum. —

Constitutio — Item etiam decreuerunt quod neque sacristæ maiores nec minores, haud aliqua quis persona particularis possit commodari nec commodari facere extra tamen nostra ecclesia, nullum genus ornamentorum dictæ sacristiæ tam auri quam argenti, nec pannorum bombycis, aut auro intextorum. immo potius deliberabunt quod obseruetur constitutio illa antiquissima circa hoc edita, in qua prohibitum est non solum dictos particulares, sed totum plenum capitulum, quod ex supradictis non possint comodari aliam ecclesiæ vel personæ, accepta tamen domus Deputationis huius principatus, cita in presenti ciuitate, domus Hospitalis majoris s.tæ Crucis huius et ciuitatis, ac ecclesia parrochialis S.ti Andreæ Apostoli de Palumbario diocesis Barcinonensis et in mensæ capitularis unita, ut solent omnibus annis, quibus possint prestare sacristæ majores vel minores omnia illa ornamenta quæ fuerint necessaria, ut in mentionata constitutione. interpretantes et intelligentes eam, quod cum in nulla ecclesia presentis ciuitatis, adsunt ornamenta pontificalia, ita ut possint deseruire officijs Pontificalibus, et si casu euenit quod intus ciuitatem aliquis episcopus vel Abbas et quilibet illius debuerit vel voluerit celebrare Pontificalia officia propter causam sibi vel alijs beneuisam, tunc temporis occurrendo est ad modum R.dum et insigne capitulum, et dictum R.dum capitulum possit dispensare solum ad predicta a dicta constitutione, dummodo tamen commodet illis de ornamentis quæ ad Pontificalia erunt tantum necessaria, et non de alijs, cum conditione restrictiua quod officium Pontificalia celebrent intus presentem ciuitatem et menia illius et non extra. —

— Die vero Mercurij viij. Julij MDCiij. —

Conuocato et congregato R.do et insigni Capitulo intus dictam domum presentes fuerunt. Viz.

R.dus dominus Joannes Maria de Sorribes, vicarius et antiquior Canonicus et in ipso capitulo presidens, et R.di domini videlicet —

Phedericus de Sarria.
Petrus Paulus Cassador.
Joannes Prats.
Michael Ferrer de Trusquets.
Bernardus Oliua.
Gabriel Cerda.
Michael Joannes Boldo.
Antonius Seguer.
Petrus Germanus Gorb.
Joachimus Palau.
Jacobus Nabot.

Franciscus Pons.
Joannes Casfort.
Petrus Pla.
Geraldus Mas.
Antonius Jo.es Garcia.
Franciscus Quasch.
Raphael Riera.
Raymundus Cornet.
Petrus Tarroja.
Petrus dal Mau.
et Petrus Castilla.

Omnes Canonici. Viz.a —

Facta fuit comissio die decima Junij proxime elapsi R.R. d.d. Michaeli Joanni Boldo et Petro Pla eorum concanonicis, ad videndum ex unde possit subleuare tenuitas administrationis siue bursæ Mannæ presentis ecclesiæ: et in presenti die relationem de illa fecerunt, et audita decreuerunt sequentia. —

Primo enim quod illas decem libras quæ ex dicta administratione Mannæ soluere solebant quolibet anno organistæ huius S.tæ ecclesiæ, Decreuerunt quod de cetero illi ex ipsa administratione non soluat. sed quod in euentu illas soluat perpetuo et quolibet anno Procurator administrationis Capellæ beatæ Eulaliæ Virginis et Martyris huius almæ ecclesiæ Patrona, ex pecunijs tamen suæ administrationis, quoniam dictus organista pulsat organum in omnibus festiuitatibus S.tæ Eulaliæ ac etiam multis alijs diebus propter eius deuotionem et reuerentiam. —

2o. quod illas octo libras quæ ex dicta administratione Mannæ consueuebat soluere in uno quoque anno fabri lignario huius S.tæ ecclesiæ pro parte salarij fabricæ Monumenti dictæ ecclesiæ Decreuerunt quod de cetero perpetuo ac quolibet anno illas soluat dicto fabri lignario sacristæ minores ex pecunijs suæ administrationis, nam administratio sacristiæ minoris colligit et recipit oblationes dicti Monumenti. —

3.º quod illas duas libras et quatuor solidos quod ex dicta administratione solitum est solvere per singulos annos Protectori dictæ administrationis Mamæ pro laboribus sustentis librum computorum dictæ administrationis condendi, quod de cætero non solvat dicto Protectori nec alijs, et quod debeat facere librum redditionis computorum absque dicto salario. —

4.º quod quia dicta administratio est valde gravata multis oneribus et illa non possit sustentare, sibi solitis sub supra dicta onera et quod salarium assuetum dari Protectori erat quatuordecim libras in uno quoque anno, et est magnum serendum salarium assueta huius ecclesiæ cæteris administrationibus solvendo, et ita decreverunt quod quemadmodum habebat quatuordecim libras pro salario quolibet anno, de pecunijs dictæ administrationis Mamæ, de cætero non habeat pro suo salario et laboribus sustentis librum redditionis computorum condendi nisi duodecim libras et illæ illi solvat ex pecunijs dictæ administrationis Mamæ. —

5.º quod quemadmodum in sepulturis canonicalibus pro personis canonicorum huius nostræ sanctæ ecclesiæ solum solitum est solvere pro charitate uniuscuiusque sepulturæ viginti libras dictæ administrationi Mamæ pro distributione facienda inter cæteros canonicos, beneficiatos ac conductiuos in tribus diebus dictarum sepulturarum et cum in una quaque supradictæ sepulturæ dicta administratio plus distribuit quam pro charitate recepit; propter hoc decretum est et in præsenti decreverunt quod de cætero pro dictis sepulturis per personas canonicorum celebrandis, dent et solvant dictæ administrationi triginta libras pro dicta distributione facienda in celebratione dictarum sepulturarum ac trium dierum. —

6.º etiam quod cum in sepulturis beneficialibus pro personis beneficiatorum huius almæ ecclesiæ tantum est solitum solvere pro eleemosina et charitate uniuscuiusque sepulturæ quindecim libras dictæ administrationi Mamæ pro distributione facienda inter canonicos et cæteros beneficiatos et conductiuos in tribus diebus dictæ sepulturæ et cum in unaquaque sepulturæ supradictæ, dicta administratio plus etiam distribuit quam pro charitate recepit propterea decretum est et in præsenti capitulo decreverunt quod

1603.
1604.

de cætero pro dictis sepulturis per personas beneficiatorum celebrandis solvat et det dictæ administrationi viginti libras pro dicta distributione facienda in celebratione dictarum sepulturarum ac trium dierum.

Die vero Jovis xvij. mensis July. MDCiij. —

Convocato et congregato dicto capitulo in dicta aula etc.
Præsentes fuerunt etc.
Rdus dnus Paulus Pla vicarius ut antiquior canonicus et in præsenti capitulo præsidens et domini.

Joannes Maria de Sorribes.
Federicus de Sarria.
Joannes Prats de Bigues.
Michael Ferrer de Busquets.
Bernardus Oliva.
Gabriel Cerda.
Michael Jo.es Boldo.
Antonius Seguer.
Joachimus Palau.
Petrus Pla.
Joannes Cafont.
Geraldus Mas.
Antonius Joh. Garcia.
Franciscus Guasch.
Raphael Riera.
Raymundus Corner.
Petrus Dalmau.
et Petrus Castilla.

Omnes Canonici etc. —

Decreverunt quod fuit commissio Rdis dominis Paulo Pla, Bernardo Oliva et Gabrieli Cerda eorum concanonicis ut faciant unam consueta juxta stillum et regulas officij Romani ac etiam juxta ceremoniale Romanum, et ipsa despingead et componat juxta ritum et serimonias huius nostræ sanctæ ecclesiæ in id quod fieri poterit. etc.

Die vero Mercurij xxiij. mensis July. MDCiij. —

Convocato et congregato dicto Rdo capitulo in eius dicta aula. etc.
Præsentes fuerunt etc.
Rdus dnus Joannes Maria de Sorribes vicarius ut antiquior etc. et Rdi domini.

Joannes Prats de Bigues.
Petrus Paulus Cassador.
Michael Ferrer de Busquets.
Bernardus Oliva.
Gabriel Cerda.
Joachimus Palau.
Jacobus Rabot.
Franciscus Pons.
Joannes Cafont
Petrus Pla.
Geraldus Mas.
Petrus Font.
Raphael Riera.
Petrus Dalmau
et Petrus Castilla.

omnes Canonici &c.ª

Decreverunt quod de cetero Canonici Archivarij Archivij Maioris huius sanctae Ecclesiae sint privati ministrari vel dare instrumenta aliqua a dicto Archivio vel ex his instrumentis quae inibi sunt recondita absque licentia particulari Rev.di Capituli et illa obtenta; illa instrumenta ostendant R.dis Canonicis protempore Administrationi dictae Ecclesiae pertinent ad effectum videndi si [illegible] ea sunt necessaria sive Administrationi ac etiam totius status huius Almae Ecclesiae, et si necessaria erunt illa a dicto Archivio ne abstrahant vt et nulli alij ea videant.

Item etiam ad mi eodem Capitulo dicti R.di domini Canonici et Capitulum decreverunt quod quotiescumque contingit quod Ill.mus dominus Episcopus Barensis voluerit officiare seu missam celebrare de Pontificali extra hanc nostram ecclesiam intra tamen Civitatem et eius territorium quod nullus Canonicus possit ei deservire nisi Diaconus Subdiaconus ac et Assistentes sint omnes Canonici, et si omnes non sint Canonici illi qui Canonici erunt minime illi deserviant. Attamen si praeter eius Episcopus non fuerit sed aliquis et extraneus quod illi nimbere absque licentia petita ac obtenta a R.do Capitulo et taliter quod omnes scilicet Diaconus, subdiaconus et Assistentes sint Canonici ac de gremio Capitulari huius divinae Ecclesiae et non aliter nec alio modo.

Item etiam fuit facta Constitutio circa vsus fatiei pro ut latius continetur in manuali currentis Anni et sub die xxvij. Julij &c.

Assistentes Episcopo in Pontificalibus debent esse Canonici

Fatiei

Post modum vero die Jovis xxvij. mensis Julij Anno a Nativitate domini MDCvj. in huiusmodi vltimo generali Capitulo praemissa omnia et singula Capitulariter et sub ordine fuerunt perlecta et solemniter affirmata ac admodum R.dis Canonicis et Capitulo praedictis &c.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis sanctae crucis
sanctaeque eulaliae ~~huius almae ecclesiae [illegible]~~ sub die
veneris sexta mensis maii anno a nativitate domini nostri
1605 convocato et congregato capitulo huius ecclesiae bar-
chinone intus domos capitulares in claustro dictae
ecclesiae sitas in qua convenerunt et presentes fuerunt
admodum reverendus dominus honofrius paulo celler vicario ge-
nerali pro admodum illustri et reverendissimo d. d. raf-
aele de rovirola barchinonensi episcopo
Phedericus de sarria Joannes prats mihael ferrer
de busquets bernardus oliva gabriel cerda mihael joa-
nes boldo henricus de peguero franciscus pons pet-
rus pla geraldus mas Anthonius Joanes riera pet-
rus font nebot amell Dalmau omnes canonici
Attendentes et considerantes a multis citra annis ad-
ministrationem mannae non posse onera nedum extraord-
inaria sed nec ordinaria propter suam inopiam sustinere
ideo in exonerationem dictae administrationis voluer-
unt quod a cetero non solvantur de bonis dictae admi-
nistrationis quattuor solida omnibus canonicis et benefi-
ciatis distribui solita in processione sanctissimi corporis christi
quolibet anno
Item decreverunt eadem die ne canonici et beneficiati
suis emolumentis fraudentur quod dicta duo regalia quae
de predicta administratione distribuebant solvantur
de bonis administrationis anniversariorum bursae com-
unis ita quod omnes canonici et beneficiati presbiteri qui
de dicta anniversariorum bursa recipiebat decem regalia
de cetero duodecim recipiant beneficiati vero non pres-
biteri undecim tantum

Die vero sabbati 7 maii convocati ut moris est presi-
dente in capitulo admodum illustri et reverendissimo domino Raphaele
de rovirola huius almae ecclesiae episcopo residentibus honofrio celler decan-
ano hyeronimo vilana subdiacono valle paulo pla
petro paulo cassador Joanne prat mihaelle busquets ber-
nardo oliva gabriele cerdo Joanne maria sorribes fede-
rico de sarria sebastiano [illegible] mihaele Jo. boldo
germano garbi henrrico a peguero francisco pons Joanne
cafont petro pla geraldo mas Antonio Joanne garrio
fran.co quatch petro font J. riera ludovico sarria et
ludovico squerrer qui omnes canonici attento quod cum

super hospiciorum turnis magne inter canonicos fuerat orte
questiones ideo declararunt quod quandocumque aliqua domus
uacare contigerit uel per mortem illam possidentis uel per

De turno Domorum

quamcumque canonicatus possidentis hospicium uacationem
uel etiam per quemcumque hospicij renunciationem seu dimissionem
q. antiquior canonicus tunc existens in turno teneat illam
domum ~~tunc~~ ex quibus predictis modis uacantem accepta
re item etiam declararunt quod quando aliqua domus
uacauerit per assumptionem alicuius ex canonicis in epum
uel ad aliam quamcumque dignitatem incompatibilem ad ca
nonicatum quod uacatio dicte domus incipiat a data litt
erarum apostolicarum predictarum prouisionum

Die 7. Junij presidente in capitulo ... Illmi dni ep
iscopi hyeronimo de Vilana archidiacono Valle et cano
nico existentibus in capitulo Joanne maria sorribes fede
rico de sarria petro paulo cassador Joane prats mich
aele ferrer de busquets bernardo oliua gabriele cerda
francisco regas henrrico a peguera Jacobo nabot franc
co pons Joane cafot geraldo mas Anthonio Joane gar
cia francisco guasch michaele cassador mathia amell
raymundo cornet petro dalmau ludouico sarria et lud
ouico squerrer canonicis decreuerunt q. in octauis epiph
anie pasche et pentecostes attenta earum solemnitate
quod missa conuentualis celebretur cum organo

q. ueniant cum pilleo clericali in Capitulo

Die 22. Junij Vilana uicg. P. Paulus cassador mich
ael ferrer de busquets bernardus oliua gabriel cerda mi
chael Joannes boldo henrricus a peguera petrus germ
anus garbi franciscus pons Joannes cafont petrus pla
geraldus mas franciscus guasch michael cassador petrus
font raymundus cornet petrus dalmau ludouicus sarria
et ludouicus squerrer omnes canonici decreuerunt q. de cetero
canonici quando ueniunt ad capitulum incedant habitu
clericali induti uestes scilicet talares deferentes et cum pileo
clericali sine cornuto deferri solito ita quod nullo un
quam tempore neque aliqua de caussa super isto pos
sit dispensari ~~preterquam quod in capitulis generalibus m~~
~~ses maij~~

decretum q. can. et Beneficiati non possint emere carnes ad macellum

Item eadem die decreuerunt quod nullus ex canonicis au
deat sub pena priuationis distributionum unius ebdomo
de accedere ad emendas carnes beneficiati aut sub ea
dem pena non possint induti superpellicio et musa alle
r illis non prohibetur

Die 7. Julij V. cg. Petrus paulus cassador Joannes prats
michael ferrer de busquets bernardus oliua gabriel cerda mi
chael Joannes boldo franciscus regas henrricus a peguero pe
trus germanus garbi franciscus pons Joannes cafot petrus pla
geraldus mas franciscus guasch michael cassador petrus font
mathias amell raymundus cornet ludouicus sarria ludouicus
squerrer omnes canonici attendentes hebdomodarios minores
presentis eccle in officiorum suorum administratione magnope
re deficere ad reformationem dictorum decreuerunt quod de
cetero hebdomodarius qui in sua hebdomoda quando in choro
intonare tenetur si in matutinis suum non prestauerit debitum
seruitium pro qualibet uice priuetur in sex denarijs nisi si
ipse infirmante dummodo in tali casu teneatur suum offi
cium exercere pro alio hebdomodario uel alio presbite
ro abili et idoneo deferendo multa uice tarea
Item hebdomodarij qui in matutinis duplicis festiuitatis in
censare tenentur si absentes fuerint priuent in sex den
arijs qualibet uice
Item si in missis per eos celebrari solitis in capella sancte eu
lalie in aurora respectiue in suis hebdomodibus defe
cerint pro qualibet missa soluat tres solidos qui dentur illi
qui loco illorum dictam missam celebrauerit nisi illas cele
brari faciant prout dictum est in matutinis commiserunt que
sacristis minoribus qui deficientibus dictis hebdomodarijs
faciant predictas missas celebrare et soluat dictos tres
solidos prout inferius dicet
Item si in suis hebdomodis respectiue suum non adimple
uerint officium in tertia et sexta et nona in uesperis
et completorio pro qualibet istarum horarum mulctentur
in sex denarijs idem decreuerunt si non interfuerint in se
pulturis q. pro qualibet sepultura priuentur in sex
denarijs qui dentur illi uel illis qui pro eis in dictis
sepulturis deseruierint
Decreuerunt etiam q. mulctentur in sex denarijs si in mi
nistrando sacramentum babtismi et eucharistie in capella
sancte eulalie uel in loco ubi solitum est ministrari defe
cerint in suis hebdomodis
Ad hoc autem q. predicta executioni debite demandent de
creuerunt q. sacriste minores dictas pecuniarias mulctas
soluant et unicuique hebdomodario suum compotum faciant
de dictis et de emolumentis a sacristis diuidi solitis inter
sacristias et hebdomodarios retineat penes se dicto emo
lumento donec summe dictarum mulctarum sint solute

et commiserunt canonico antiquiori qui pro tempore erit in
choro quatenus deficientibus hebdomodariis faciat per
alium servitium prestare et quod suppliat sacristis mino-
ribus ut taxas superius annotatas dictis inservientibus sol-
vant
mandarunt etiam quod tradatur copia de predictis unicuique
ex hebdomodariis et sacristis minoribus

Die 13 Julii decreverunt quod dormitorerius et magister can-
tus in suis propriis sedibus sedere teneantur non solum quando
eis onus intonandi incumbit verum etiam et alias sub pena priva-
tionis sex denariorum
Item eadem die decreverunt quod nullus ex canonicis beneficiatis
et conductitiis quando in diebus dominicis et festivis fit proces-
sio inter ecclesiam et chorum ingredit dicta processio audeat
sub pena privationis duorum denariorum exire de processione
quoadusque presbiter qui processionis caput extiterit exeat
exeat a dicto choro
Item dicta die decreverunt quod bursarii tam distributionis cano-
nicalis quam aniversariorum relationem faciat in capitulo qua-
libet hebdomoda die lune et si impedita fuerit in eadem die
in qua celebrabitur capitulum de canonicis et beneficiatis qui
ratione infirmitatis dictas percipiunt distributiones

Die Jovis decima quarta mensis Julii Vicarius cellers hyero-
nimus vilana archidiaconus vallensis phederius de sarria Joannes
prats michael ferrer de busquets bernardus olivo gabriel cerda michael
Jo. boldo franciscus regas henricus a peguero franciscus pons Jo.
cafont petrus pla geraldus mas anthonius Jo. sarria franciscus
guasch michael cassador petrus sot matias amell raphael ri-
era petrus dalmau raymundus cornet ludovicus de sarria
et ludovicus squerrer omnes canonici considerates quod reverendus dominus
Julius cordelles precemptor et canonicus presentis ecclesie propter
suas continuas quibus gravatur infirmitates non potest in pre-
senti ecclesia residere neque munus officium precemptorie uti
oportet adimplere cupientes providere chori ser-
vitio elegerunt in precemptorem durante infirmitate dicti
cordelles vel ipso absente reverendum dominum gabrielem cerda eo-
rum concanonicum cum plena et omnimoda potestate et salarium
sibi assignates fuerunt triginta sex libre que a sacristis
minoribus dicto cerdo sunt solvende ex pecuniis del pedris
que quolibet mense solvenda erat dicto Julio cordelles
tanquam canonico

Die veneris 15 Julii Petrus paulus cassador vicarius Joannes pr-
ats michael ferrer de busquets bernardus oliva gabriel cerda mich-
ael Joannes boldo franciscus regas henricus a peguero franciscus

Pons Joannes cafot geraldus mas franciscus guasch raphael ri-
era mathias amell michael cassador raymundus cornet pe-
trus dalmau ludovicus sarria ludovicus squerrer omnes canoni-
ci attendentes et considerates domos sitas in vico paradisi qu-
as ad presens inhabitat d. hieronimus garbi et michael Joannes
boldo canonici esse nimis angustas ita quod non sunt capaces
ad hoc quod a canonicis commode habitentur decreverunt quod
unirentur ita ut ex duabus una habitatio fiat et altero
ex dictis canonicis decedente vel domo alias vacante que remanserit domus aditi-
litate alterius vacavit cum condicione tamen quod teneatur ad repa-
rationem dictarum domorum deponere in tabula opere penes
operatios minores centum libras monete barcinone ex
quibus de duabus una fiat habitatio quod si canonicus qui
remanserit dictas centum libras noluerit solvere quod do-
mus vacans extrahatur de turno et locetur logeria que
dicte domus deponat in dicta tabula et ipso decedente
vel eius domo alias vacante canonicus qui in turno ex-
ierit ratione sue antiquitatis teneatur si voluerit duas
domos predictas obtare prefatas centum libras deponere
que una cum logeriis decursis prime vacantis domus et pecu-
niis securationis faciende dictarum domorum convertatur
in earum reparationem et unius hospitii edificationem
quod sit cappax ad hoc quod canonicus possit eam inhabi-
tare commode et decenter quod si canonicus qui in
turno extiterit antiquior non luerit dictas centum libr-
as deponere se de una tamen domo que ultimo vacave-
rit contentare teneatur declarantes nullum ex cano-
nicis posse frui hospitio facto ex duabus domibus nisi
ab ipso actualiter structuram centum libre solute fuerint

+ Structuram

Cordinat. chori

Die 19 eiusdem mensis omnes canonici varias chori ord-
inationes que diversis temporibus facte fuerunt rege-
rentur supra. His collegerunt in unum easque in choro
dictis vesperis publicari fecerunt et affixari in choro
mandarunt habentur in manuali sermanie ad longum
patrio sermone sub eadem die et anno 1605.

Die mercurii 20 Julii cellers vicarius Villana archi-
diaconus vallensis sorribes sarria petrus p. cassador Joannes
prats michael ferrer de busquets gabriel cerda micha-
el Jo. boldo henricus a peguera franciscus pons Jo.
cafot petrus pla geraldus mas franciscus guasch petrus
sot michael cassador mathias amell raymundus cornet
petrus dalmau ludovicus sarria et ludovicus squerrer

hebdomadarij ma
jores Pena

omnes canonici decreuerut q hebdomodarij canonici
maiores nuncupati si quando illi exercicium hebdomoda
rie incubit qui no prestauerint servicium puniat silz
si defecerint quando intonare tenet in vesperis puniat
in suma trium solidoru quando incetare in duobus so
lidis et qn intonare in matutinis festiuitatis natalis
dni in octo solidis in alijs vero matutinis intra an
nu que cantat dicto completorio in quattuor solidis
in sepulturis in duobus solidis et qn tenet deferre
eucharistie sacramentu infirmis extro eccta in tribus
solidis comedetur que dicta onera canonicis per circulu
prout solitu est quibus dicte penunarie mulcte elarg
iantur ~~quadu tu~~ mandarunt que sacristis minoribus q
comedet onus intonandi ~~primas~~ vesperas si fuerit
in die vigilie quando dicit nona in alijs diebus qua
do dicitur sexto
eadem die decreuerunt q seruetur ordo inter canonicos
in celebrandis missis priuatis per capellas talis q qui
prius obtinuerit locu a scholano capelle prius cele
bret no seruato ordine antiquitatis
Die vi Julij Escaffador vicarius Joannes maria de sor
ribes Joannes prats michael ferrer de busquets gab
riel cerda michael Joanes bo..do franciscus regas heuri
cus a pequera franciscus pons Jo. cafont geraldus mas pe
trus font michael cassador raymundus cornet petrus del
mau ludouicus sarria ludouicus squerrer omnes cano
nici comisserut vices d. francisco pons Joanni co
font et petro pla eoru concanonicis ut copilando co
stitutiones ecclesie resecarent superfluas et adderent
de nouo editas
Die vij Julij Honorius paulus celleres vicarius ge
neralis vilana archidiaconus vallen Joannes ma
ria sorribes phederius sarria Joannes prats micha
el ferrer de busquets bernardus oliua gabriel cerdo
michael Joannes bo.do franciscus regas henricus de
pequera franciscus pons Joannes cafot petrus pla ge
raldus mas franciscus guasch michael cassador mo
nas amell raymundus cornet ludouicus de sarria et
ludouicus squerrer omnes canonici decreuerunt q obser
uentur infra scripte ordinationes que disponut cir
ca magistru cantus et cantores
et po quibus cuique sut de cantande misse intus eccta

que solite sut cantari post prima magister cantus die
precedenti teneat certiorare cantores ecclie silz
dormitorerium et hebdomodarios et alios cantores
qui resident in eccta et soliti sut cantari ad hoc
q resideat in dicto misso
Item q ex elemosinas que p supradictis vel alijs
missis elargiunt que no ascedet ad suma duodecim solido
ru magister cantus pro sua portione ~~sibi~~ retineat
duos solidos tm reliquos distribuat inter canto
res
Ita ex elemosinis omu missaru que catat tu in
eccta chatredali qua in alijs ecctis que ascedunt
ad duodecim solidos vel ultra magister cantus pro
sua rata recipiat quattuor portiones numeran
do inter istas eas que sibi copetut ratione scholano
ru reliqua diuidat inter cantores dando unicuique
equalem portione cu qualibet ex suis portionibus
aduertedo q quotiescuque reperit numerus suffi
ciens cantoru ecclie de is qui resident in eccta no
possit alios extra eccta vocare alias possit mo
nedo magistru cantus q in officijs celebrari soli
tis in domo diputationis in domo cabiolu siue lo
tonga et in processione sancti corporis xpi curet
magister cantus q capella seu cantoria fiat cu
magna solemnitate et ad hoc possit vocare ca
tores habiles ex ijs qui sut extro eccta prout
voluerit et oportuerit
ite ordinarut q magister cantus deferat libru in quo
scribat cantores qui cantarut in qualibet dictaru mis
saru et elemosina que pro qualibet elargita fuerit
et iuxta qualitate elemosine det pro rata partem
sua cantoribus et unus quisque ex cantoribus in dicto libro faciat
post suu nomen recepi ut consuetu est fieri in eccta
et hoc mandarut fieri ut tollerentur lites inter ma
gistru cantus et cantores et adhoc ut unus quisque sciat par
te sua portione ex dictis elemosinis que ipsi
contigit
Itm ordinarut q magister cantus attento q magnu comodu
reportat ex dictis missis qr de illis recipit quattuor portio

Ceremoniarum Magister

